



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

XIV. De Clandestina desponsatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

terit & debet debitum sibi solvere conjugale: cum a af-
finitas post matrimonium inique contracta, illi nocere
non debeat, quia iniquitatis particeps non existit.

*Subsequens affinitas non dirimit matrimonium, sed procedens
legitimi probata, h. d.*

Ergo procedens affinitas, non subsequens dirimit ma-
trimonium. Sed nec id quidem indistincte obtinet.
nam b est utriusque conjugum constet assertione, accla-
mante etiam vicinia, quod conjugatus ante contractum
matrimonium uxoris suae consanguineam cognoverit,
propterea conjuges separari non debent: nec enim talis
confessio momentum habere debet, cum alioqui facile
fieri possit, ut quicumque inter se contra matrimonium
velint colludere, ad confessionem incestus facile profi-
liant, si lux assertioni Ecclesiae iudicium accesserunt credant.
Rumor autem viciniae non est adeo iudicandus
validus, ut, nisi fide digna probationes accedant, possit ri-
te contractum matrimonium irritare.

DE CLANDESTINA DESPONSATIONE.

TITVLVS XIV.

*Triblentur matrimonia contra claudesim, nec postea oportet
illa dissolvere, h. d.*

Nec tamen post secutam copulam & susceptam
prolem, detectis quibusdam impedimentis, non
sine graviscandalo contracta matrimonia retrahantur
oportet, ne scilicet conjugum qui clam contraxerint,
conjugium negaverit legitimis probationibus deficien-
tibus, iudicis lenientia rite fuerit absolutus, uterque
aliis nubendo restum incurrat adulterii, consultius
constitutum est d, ut nullus fidelium occulte nuptias
contrahat. Sed cum matrimonia contrahenda fuerint e,
per Presbyterum proponantur publice, competenti ter-
mino praefinito, intra quem qui voluerit, & valeat, legi-
timum impedimentum opponat, & ut ipse quoque
Presbyter per se investiget, utrum aliquod iuramento
obstat impedimentum.

*Suspenditur contractus matrimonii, donec extat praesumptio,
quod non possit contrahi, h. d.*

Civis si apparet probabilis conjectura, contra-
ctus expressis interdicetur, donec quid fieri debeat,
manifestis constiterit documentis.

*Nati ex clandestinis & interdictis matrimoniis non sunt legiti-
mi, licet nati ex matrimonio contracto in faciem Ecclesiae ante
sententiam divortii sint legitimi, nisi uterq; conjugum noverit im-
pedimentum, h. d.*

Quicumque g vero huiusmodi clandestina & interdi-
cta conjugia inire ausus fuerit, eum ignoranter, pro-
les ex huiusmodi conjunctione suscepta, prorsus illegiti-
ma censetur, nec de parentum ignorantia ullum est ha-
bitura subsidium: cum sic contrahentes, vel non exper-
tes scientiae, vel saltem affectores ignorantiae videantur,
licet alioqui, si ignorantes in faciem Ecclesiae contraxe-
rint, ante latam sententiam divortii nati, & legitimi ha-
beantur, & in bona paterna hereditario iure succedant.
Idem iuris erit, si in conspectu quidem Ecclesiae contra-
xerint sed impedimentum ambo noverint.

*Sacerdos contentens constitutiones Ecclesiae punitur pro qualita-
te culpa, & clandestina matrimonia si publicentur, recipit Eccle-
sia, h. d.*

Ane b si parochialis sacerdos tales conjunctiones
prohibere contempserit, per triennium ab officio su-

a Cap. discretione, in si. & ca. pan. extr. d. tit. b Cap. super
extr. de eo qui cognoscit. c gl. in sim. 20. q. 1. & can. si quis di-
vini & huiusmodi. dist. 20. q. 1. d. Can. 20. q. 1. e. C. cum inhi-
bitio. in prin. extr. d. tit. f. d. e. cum inhiibitio. & cum autem. extra.
co. tit. g. d. cum inhiibitio. & si quis. extr. cod. tit. h. d. co. cum
inhiibitio. & si quis. extr. co. tit.

spendendus erit: gravius etiam puniendus, si culpa qua-
litas postulaverit. Verum (ut supra indicavimus) si con-
trahentes clandestina matrimonia publicare voluerint,
nisi alia causa impediatur, ab Ecclesia recipienda sunt, tan-
quam a principio in Ecclesiae conspectu contracta.

QVI MATRIMONIUM ACCVSARE POSSVNT,
VEL CONTRA ILLUD TESTIFICARI.

TITVLVS XV.

*Non admittitur ad accusandum matrimonium, qui tempore
denunciationis filius, nisi juret de calumnia, & quod post denun-
tiationem non sit qua obiecturus est: & negligentia auctoris mei non
intelligitur esse mea, h. d.*

Non tamen quodcumque, aut indistincte om-
nes ad matrimonium impugnandum admit-
tendi erunt. Nam si quis tempore factae a sacer-
dote denunciationis a in ipsa dioecesi constitutus, nihil
contra matrimonium dixerit, eidem mox conjunctos im-
petere minime concedendum erit, nisi proprio firmave-
rit iuramento, quod ea, quae obiecturus est, postea didi-
cerit, quandoque ad accusandum dolo non proficiat: quo
casu etiam si, quod obiecturus est, ab illis didicisset, qui
denunciationis tempore siluerunt, claudere non debet ei ac-
cusandi aditus: quoniam et si ab impetitione huiusmodi,
culpa ex tali silentio contracta, auctores excludat, iste
tamen, qui culpa caret, amoveri non debet.

*Ex causa etiam post denunciationem potest quis matrimonium
accusare, h. d.*

Idem juris erit b, si tempore denunciationis, vel extra
dioecesim commemorabatur, vel alias denunciatio ad e-
jus notitiam pervenire non potuit: ut puta, si nimis infir-
mitatis fervore laborans, mentis non erat compos, vel in
annistam teneris constitutus erat, ut ad talium rerum
perceptionem ejus aetas sufficere non valeret, sive alia legi-
tima causa fuerit impeditus.

*Ad accusandum matrimonium, non ex causa delicti, soli con-
juges admittuntur, h. d.*

Sed nec omnes ad accusationem, testimoniumve di-
cendum admitti debent: nam si de tali impedimento
agendum sit, quod neque conjugum in se delictum conti-
neat, nec ob id matrimonium dissolvi cuiquam inter-
sit, praeterquam ipsorum conjugum (ut puta, si erratum
in conditione status fuerit, vel si mulier ita sit arcta, ut
cognosci non possit, vel vir ita frigidus, ut coire nequeat)
soli ipsi conjuges admittentur.

*Ad accusandum matrimonium ex causa delicti, omnes admit-
tuntur, sed potissimum conjunctiores, antiquiores, & honestiores,
h. d.*

Quod si delictum continet, ut, quia aliqui in gradu
verito vel contraxisse, vel contrahere velle dicantur,
tunc quilibet quidem ad accusandum recipitur, sed om-
nium maxime parentes e: & si ii desint, proximiores,
id est, soror, frater, patruus, avunculus, amita, matertera,
eorumque descendentes. Quod si progenies tota defe-
cerit d, ab antiquioribus, & honestioribus, quibus eadem
propinquitas nota verisimiliter esse debeat, accusatio, testi-
moniumve recipi poterit. Ideo autem omnium ma-
ximè parentes, & conjunctiores admittuntur, quoniam u-
nusquisque suam genealogiam cum testibus & chartis, tum
verò ex recitatione majorum scire laborat. Nulli igitur
decentius admitti debent, quam qui melius sciunt.

*Speciale est in causa matrimonii, quod pater admittitur in
causa filii, & contra. Et testimonium parentum interduca non de-
bet admitti, ubi est disparitas inter conjuges, h. d.*

Quod e autem legitur, pater non recipiatur in cau-
sa filii, nec filius in causa patris, in criminalibus

a Ca. cum in tua. & alioquin. extr. co. tit. b Ca. cum in tua. &
super quo. extr. co. tit. c C. videtur. extr. co. tit. d Ca. cum pa-
lea. seq. 20. q. 6. e Ca. videtur. & quod verò. extr. co. tit.

